

hereticum vel^q scismaticum, quamvis multas *belemosinas facias*^r vel et^s sanguinem fundat, cum diabolo et angelis eius eterni ignis incendiis^t mancipandum, nisi ante finem huius vitę catholicę incorporatus^u et integratus fuerit^u ecclesię. Hinc est quod Dominus vendentes et ementes de templo eicit^v, Dathan et Abiron^w viventes^x terra deglutivit⁸ Symonemque^y temptantem Petrus dampnavit⁹ omnesque symoniacos ecclesiastici iaculi^z perpetuo anathemate condemnavit. Et turpe nimium est, ut in^a plenissimo iam vigore confirmata ecclesia tam ferali inimico succumbat, de quo^b primordio suę infantię tanta virtute triumphat^c. Si quis autem obicerit^d non consecrationes sed res | ipsas quę ex consecratione proveniunt, vendunt^e, videtur quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum corporales^f ecclesię aut episcopus aut⁸ abbas aut tale aliquid sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine^h corporaliterⁱ vivit^j, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum habere non provenit, neutrum venditum^k derelinquit. Quam tamen obiectionem sacer^l penitus^m canon^{m10} exterminat, cum procuratorem uel defensorem ecclesię vel regulęⁿ subiectum adeo per pecunias ordinari prohibeat, ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat. Quid plura? Si anathematizati et excommunicati^o

q) et Th. r) faciat Th. s) etiam si pro Christo Th. t) incendio Th. u-u) fuerit incorporatus et redintegratus Th. v) eiecit Th. w) primatum sacerdotii ambientes folgt Th. x) *Fehlt* Th. y) Symonem eadem Th. z) petra folgt Th. a) *Fehlt* Th. b) in folgt Th. c) triumphavit Th. d) obiecerit Th. e) vendi Th. f) corporalis Th. g) vel Th. h) corpore folgt Th. i) temporaliter Th. j) subsistit Th. k) invenditum Th. l) Calcidonensis folgt Th. m-m) canon penitus Th. n) quemlibet folgt Th. o) interventores folgt Th.

ad Petrum seu de regula fidei, c. 80–82, hg. von J. Fraipont, CC 91 A (1968) S. 757, 1372f.; 1370f.; 1375f.; 1361f.: (c. 82) *Firmissime tene et nullatenus dubites, quemlibet haereticum sive schismaticum, ... quantascumque elemosynas fecerit, et si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari.* (c. 81) *Firmissime tene ... omnes haereticos atque schismaticos, ... in ignem aeternum ituros, qui paratus est diabolo et angelis eius ...* (c. 80) *Firmissime tene ... omnem extra ecclesiam catholicam baptizatum, participem fieri non posse vitae aeternae, si ante finem vitae huius catholicae non fuerit redditus atque incorporatus ecclesiae.*

⁷⁾ Matth. 21, 12; Marc. 11, 15; Luc. 19, 45.

⁸⁾ Ps. 105, 17.

⁹⁾ Vgl. Act. 8, 20ff.

¹⁰⁾ Vgl. Konzil von Chalkedon (451) c. 2 in der Version des Dionysius Exiguus, hg. von E. Schwartz, *Acta Conciliorum Oecumenicorum* 2, 2, 2 (1936) S. 54, 13ff.